4

MONVMENTA GERMANIAE

Auszüge gehört eng die historia pontificum; s. Vogel N. Arch.

~~Cr~~ Chronica quorundam Romanorum regum ac imperatorum Coloniensis.

~~(1273 – 1376)~~

Croniam, quae inscribitur 'quorundam Romanorum regum ac imperatorum' edidi ex cod. Hamburg. Hist. 31^{b}, quem descripsi supra in praefatione ad chronicam praesulum. Praeterea hic illic usus sum chronica quadam de comitibus et ducibus Gelriae in eodem codice manu saec. XV. ex. scripta (cod. 2), quae plura ex ~~codi~~ chronica nostra, sed ex alio ut videtur codice exscripsit. [illegible]

Inter chronicam ~~et~~ nostram et Chronicam praesulum quae ratio intercederet, iam supra in huius praefatione ostendimus. Composuisse videtur auctor ignotus – qui quin Coloniae vixerit nequit dubitari – opus suum intra annos 1376 – 1378. Dicit enim de Carolo IV. imperatore: 'qui etiam successu temporis in regem Romanorum assumptus vocatur Carolus quartus', quae ante Caroli mortem (1378) scripta esse suspiceris.

Prior pars – usque ad initia Ludovici regis – nititur Historia pontificum et imperatorum Coloniensi supra edita, sed permulta ex fontibus ignotis addita sunt. Alterius partis vestigia ut in prioris aevi scriptis historicis